Sit omnibus notum quod Ego Anthonius Martorell presbiter teologus ac sacrista alme sedis maioricarum gratis et ex mea certa sciencia confiteor et in veritate recognosco vobis
honorabilibus Michaeli Calafat Petro Ales Michaeli Mengo et Michaeli Roig iuratis anni presentis ville et universitatis Sancte Margarite licet absentibus tamquam presentibus
et notario infrascripto tamquam publice et autentice persone pro vobis et nominibus vestris et aliis quibus eius [illegible] interest intererit aut interesse poterit
[illegible] stipulanti et recipienti et acceptanti presenti tamen dicto Bartholomeo Roig uno ex iuratis quod pro redemptione luitione et quitatione illarum quadragin
ta librarum monete maioricarum censualium quas anno quolibet faciebat et facere tenebatur dicta universitas Sancte Margarite michi dicto Anthonio Martorell die vi
gessima septima mensis marcii ratione ut constat et cernere est instrumento mediante facto et firmato penes discretum Johannotum Mollet notarium sub die vigessima septi
ma mensis marcii anno a nativitate Domini Millessimo Quingentessimo octuagessimo quarto dedistis et solvistis michi et ego a vobis habui et recepi omnimode voluntati mee
quingentas quinquaginta tres libras undecim solidos et octo denarios monete maioricarum scilicet verius illas michi dixit in tabula numularia universitatis maioricarum ad
ministrata per magnificum Petrum Net Anthonius Genovard lanator sive exactor dicte quitationis videlicet quingentas libras pro proprietate dictarum quadraginta librarum censualium
pro quibus dictum censum redimi et quitari poterat et quadraginta libras pro ultima pensione et tredecim libras undecim solidos et octo denarios pro rata decursa usque
in presentem diem Unde renuntio exceptioni huiusmodi pecunie non numerate non habite non recepte et [illegible] et doli mali et actioni in factum non solum facio vobis dictis
iuratis et vestris in dicto officio de dictis quingentis libris pro proprietate dicti censualis solutis sed etiam de toto censu debito et rata decursa usque in presentem diem bonum et perpetuum
finem diffinitionem et generalem remissionem ac pactum validum firmissimum et solempne de ulterius non petendo sive unquam de non agendo contra vos nec vestros in
dicto officio in premissis seu ipsorum ratione ullo modo liberans et absolvens diffiniens et quitans sicuti cumprimenti vos et vestros in dicto officio ac omnia bona vestra et
vestrorum et dictam universitatem de Sancta Margarita pro qua dictum censum fiebat et prestabatur ab annua solutione et contributione dictarum quadraginta librarum
censualium ipsius perinde et in manus amodo liberatis et positis absque onere dicti censualis promittens et fide bona vobis et vestris conveniens quod presentem luitionem redemp
tionem et quitationem una cum omnibus et singulis in eadem contentis ratas semper habere tenere ratam gratam validam atque firmam ac nulla tenus contra facere seu
venire iure aliquo causa titulo modo vel etiam ratione et teneor ac etiam teneri promitto inde vobis et vestris firmiter de evictione omni dampno missionibus
et expensis interesse litis et extra pro quibus omnibus et singulis supra dictis sic complendis et inviolabiliter observandis obligo vobis et vestris omnia et singula
bona mea presentia et futura ubique habita et habenda quod est actum in civitate maioricarum die videlicet vigessima nona mensis iulii anno a nativitate Domini Millessimo Quingentessimo
octuagessimo septimo Sig+num mei Anthonii Martorell predicti qui omnia et singula supra dicta laudo et firmo.

Testes huius rei sunt venerabilis Jacobus Alberti presbiter et Gabriel Fibicogues civitatis maioricarum maiorum presentia firmavit [illegible]

Sig+num meum Damiani [illegible] regia auctoritate notarii publici maioricarum [illegible] qui predictum instrumentum recepi et in hanc publicam formam [illegible]
redegi feci et clausi et constat de supra posito in linea [illegible] ubi legitur necnon emendationis

79
PERG-079

79

No. 71